Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et fugatis cum triumpho Cremonam venit inclitus imperator. In
de informatum exercitum Mediolanum cum potestate .. filio .. ducis
veneti alijsque captivis Cremonam accelerans Consequenti
die admiratum Cesaris sui vexillis prelatum usque ad terre faciem
turpiter inclinatum potestati addiderunt ligatum supinus et mul
titudine gentium magnis applausibus precedente ab elepha
te qui castellum ligneum et tubicinatis cum vexillis imperii gere
bat in dorso per Cremonam ad laudem et gloriam principis trahe
batur. vere de trono dei simul prodit inferens iudicium ultio
nis. Nam nec carceres sufficiunt sepulture nec Cremone palatia
multitudinem capiunt captivorum. Quia propter imperialis victorie
festum solempne gaudio fideles celebrantes ipsi decantent prophe
tiam ingenti letitia gaudeatis

Regi Francie et aliis Regibus etc.

Subministrante novorum emergentium varietate materiam tam nova ij.
quam vetera scribere cogimur. Ut radios plena notitia morum eventuum
extra situm proferunt. obsidentibus nobis siquidem Viterbien.
Civitate et ad expugnationem eiusdem per infinita multitudine
parantes ex adverso promissa est summe subtilitatis et industrie via
que proditorum nimium acceptis adiceret et iusti animi motum
quem inopinate prodicione quam nos et principem superate commoverant
preter omnem spem nostram et eorum metum ne ad vindictam no
bilis nostra procederet deliniret ac inter omnes ecclesie Romane Car
dinales precipuus amicus noster ad talia mitteretur. dominus videlicet
sancti Nicolai in carcere tulliano dyaconus Cardinalis qui sue fidei purita
te diffidencias nostras expertus non iuste conceptas abluit animo nostri
cordis evellens et intercessionis amice dulcedine nostre gratie duri
tiem emolliret cum nullo modo possemus ex fide premissa decredere
nec ex affectione preces quantumcumque instantissimas obaudire. Su
pplicavit itaque nobis iste carus amicus noster homo bonus et
purus ex parte patris et fratrum ut ab obsidione Viterbii recedentes
impugnationes Civitatis eiusdem remotis insultibus nostris et
dirutis machinis laxaremus. quo magister Rainerius Card.
Imperii famosus amicus noster stipendiariis undique balistariis
congregatis quibus facilius hominum sanguinem et vitam effunderet
obsessis interius adhibitis ministerium defensorum obsequiis in
ampullis firbus armoribus et preditatoribus s. qui de manibus
propriis tamquam ex pharetris sagittas mortiferas educentes
iaculatoribus adiunctam remissionem quorumlibet peccatorum quo
serviens atque libentius nos contra instruebat. Nos autem ecclesie
matris nostre preces consueta cum exauditione devote suscepimus
quius tantus pater et tum familiaris amicus noster ut diximus affectuo
sissime porrigebat in nos nobis ex parte summi pontificis et Cardina
lium omnium generalis et specialis ex consummatione pacis inter nos et ecclesiam
ex supplicatione nobiscum certa Solep
promittens expressim addicimus
inter repromittens quod Symonem Comitem Theatinum et mili
tes nostros Theotonicos et latinos nec non et Viterbien. omnes
quos in castro Viterbii proditione nostra pugnantes Religiosa persi
dia tenebat inclusos nobis restitui debet extra Viterbium.